GODEFRIDUS ADMONTENSIS
2. Hälfte 12. Jh.
Seite 127r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25959
Copyright: Admont, Benediktinerstift

gra cum impediret. ipse qui est fons misericordie occulta sui in
spiratione manifestius innotescere. Unde sequitur. Et ipse dixit
ad eos. O stulti et tardi corde ad credendum in his que locuti sunt
prophete. Dicere dei. est facere dei. Ipse enim facit. ipse operatur hoc in
homine qd stulticiam et tarditatem cordis sui perfecte agnoscere.
et humiliter in semetipso incipit reprehendere. Et est quasi dicat.
Non ignoro qd causa mea feceris. qd laboris in bone operationis
studio sacris his diebus propter me impenderis. s; fateor tardior
quam esse debueras in bonis operibus extitisti. stultus in non custodi
endo ea que fecerat fuisti. Tardus fuisti ad faciendum. stultus
et facilis fuisti ad perdendum. In omnibus que locuti sunt prophete.
sed videt scriptura. die ac nocte auribus tuis insonantes. siue
doctores tui. cum ure gaudia. cum damnationis pericula tibi
prophantes. Nonne hec oportuit pati xpm. et intrare in gloriam
suam. Nonne per humilitatis obseruantiam. et laborum qui in p
sum uita occurrunt sufferentiam. pungere hominem oportet ad
cum beatitudinis excellentiam. Et incipiens a moyse et omnibus
prophetis. interpretabat illis scripturas de omnibus que de ipso erant.
moysen qui interpretat assumptus de aqua. non inegre accepit
compunctionis gra. Omnis prophete. omnis scripturarum sacrarum sunt
pagine. A moyse dns incipit. quando desideratam cordis compunctio
nem hominis tribuit. interpretat illi scripturas. quando gra inspi
rationis sue eum illuminat. ad intelligendum et sequendum sacre
scripture mysterium. in omnibus que de ipso sunt. in omnibus que ip
si ad eterna uita vel prodesse vel obesse possunt. Et appropinquaue
runt castello quo ibant. Castellum quo tur non incongrue
hoc in loco cor hominis intelligit. cui ds et homo parit ap
propinquant. quando per sua visitatione ds illud illuminat.
et per ueram dilectionem homo se deo approximat. Et ipse se finxit
longius ire. Verba ista non ita accipienda sunt. ut ds uerus et